



R 80

DISPUTATIO

2318

JURE VENANDI  
JURIDICA.

*Quam*

DIVINA PATROCINANTE TRIADE.

Approbante Illustri Collegio  
Juridico.

SUB PRÆSIDIO

Viri Nobilis Clarissimi Amplissimi  
Excellentissimi,

DN. WOLFF. GVALTHERI  
GRVBERI, J. C. ET ANTECESSORIS  
Tubingensis Celebratissimi Patroni & Præce-  
ptoris sui æternis obsequiis  
submissè vene-  
randi.

*Solenniter discutiendam proponet.*

Ad Diem 20. Augusti.

*Horis Consuetis*

F R I D E R I C U S C H E S N E L,  
S T U T G A R D I A N U S.

\*\*\*

T U B I N G Æ,

Typis PHILIBERTI BRUNNI.

A N N O M. D C. X L I I.

1698

ILLUSTRISSIMO

A C.

CELSISSIMO PRINCIPI  
ET DOMINO

D N. EBERHARDO  
DUCI WIRTEMBER-  
GIÆ ET TECCIAÆ.

Comiti Montis belgardi, Dynastæ  
Heidenhemij

Domino suo clementissimo

*Disputationem hanc venatoriam publi-  
cam, ex devotissimi animi impulsu  
bumillimè dicare, dedicare, devovere  
debuit.*

C. S.

*Subiectissimus Cliens &  
Clementiae Alumnus*

Fridericus Chesnel.  
Auth. & Resp.

SERENISSIME PRINCEPS,  
DOMINE CLEMENTISSIME.

**V**ENATORIAM quidem hanc DISSERTATIVNCVLAM ideo potissimum institui, non ut venaretur tantum, sed ut venando aliorum etiam venationem sustineret. Verum, ne succumberet penitus, amicæ adversariorum, aut examinantium potius retia declinans, asylum sibi certissimum apud CT pedes supplex quærere statuit. Quam ego felicissimam audacter dixerō, si in Campo non Martio, ( id enim penna vetat, animus horret, vires prohibent ) sed Literario, ab amicis commilitonum argumentandi laqueis non perterrita tantum; sed ( quod vehementer suspicor ) illaqueata saepius, Amplissimi denuò Domini Præsidis auxilio liberata, in benignas tandem CT manus opportunè inciderit. Et hujus confidentiæ meæ argumentum id est potissimum, quod cum eximius ille CT in rem Literariam amor non mihi tantum ( impossibile enim foret ) sed omnibus quotquot nobis Musarum alumni numerantur, celebrandus

incumbat, Frontem ille mihi ferenam polliceatur, Liberalitatem autem, cuius expertem me C T. nunquam deseruit, adaucturum me satis confidenter affirmare videatur. Voto igitur hanc qualemcunque Dissertatiunculam C T. voveo, Deum autem omnium P A T R I A E P A T R E M Clementissimum, Rectorem Sapientissimum ardentissimus oro. C T Svis, P A T R I A E. in primis autem mihi diutissimè servet incolument, sic me intimus animi spiritus rogare jubet, sic offerre me subjectissimi imperat clientis officium.

Dabam Tubingæ

C. T.

Humill. Cliens

*Fridericus Chesnel.*

DISPV-

5.

---

**DISPUTATIO**  
*De*  
**JURE VENANDI**  
**THESIS I.**



UM apud omnes ferē Nationes nobile Venationis exercitium in usum venerit satis frequentem: hoc Venationis vocabulum antequam ulterius pergamus quot modis usurpetur paucis expediam.

II.

Quatuor igitur potissimum Venationis species in autoribus passim nobis occurunt. Primam VENATIONEM hominum OPPRESSIVAM Deus per Prophetā populo minatur Hebræo, Ecce ego mittam pescatores multos dicit Dominus, & pescabuntur eos, & posthac mittam eis multos Venatores & venabuntur eos, de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum. Ierem. cap. 16. v. 16. Hoc sensu refertur dictum illud sacri codicis. Nemrod robustus Venator erat coram Domino. Genes. c. 10. v. 9. Hujus etiam mentionem faciunt Noe Meurer in tract. de Venat. part. 7. §. quot modis dicatur venatio. Frider. Pruckman in tract. de Regal. §. venatio. cap. 3. num. 1. & 2. D.D. Harpp. ad §. Fera 12. n. 9. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom..

III.

Alia Venationis species arenaria sive bestiaria multis dicitur. In hac nonnulli locata opera cum bestiis pugnatur in arenam prodibant; quod quidem ita crudele Romanis fuit spectaculum, ut matronam his interesse, nefas duxerint. Isti pugnatores etiam sive Venatores arenarii serviles erant & abjectissimi homines Rosinus antiquit. Rom. lib 5. cap 24. Infamiae etiam labe Iure Civili notabantur. l. 1. §. item ex Senatus consulto ff. de postul. l. 2. in fin. de his qui notant. Infam..

IV.

Tertiam Venationis speciem autores supra allegati nominant aduloriam, cum nimis histriones & ejusdem farinæ homines placendi & adulandi causa, ea tibi tantum, quæ lubenter audis,

A 3,

loquun-

loquuntur. Sed has tres venationis species , utpote illicitas , & tam divino quam humano Iure prohibitas, Noe Meurer l. tract. de venat. part. 7. §. quot modis dicatur venatio. reiicimus: quartam autem, quam sylvaticam & clamorosam ut vulgo loquuntur. Harp. dict. loc. ibid. nuncupamus, paucis explicandam aggredimur.

## V.

Cujus definitionem ab Harpprechto mutuamur. **VENATIO** est Ius seu facultas libere occupandarum animantium ferarum, quæ in nullius existunt dominio , Iure divino, gentium & Civili hominibus permissa. add. §. Feræ 12. num 11. Inst. de rerum divis. & acq. ips. dom.

## VI.

**IURE DIVINO** dixit; quam primum enim **D E V S** hominem creavit, tunc statim ei rerum omnium procreatarum dedit potestatem. **Dominamini**, inquit, **piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus quæ moventur super terram.** Genes. cap. 1. v. 27. Jmō hanc concessam etiam in bestias potestatem, post primum illum hominis lapsum, & primorum criminum vindicis diluvii recessum, **D E V S** sanctissimo Noæ & in illo reliquis omnibus futuris hominibus clementer confirmavit. **Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum quasi olera virarentia, tradidi vobis omnia** Genes. cap. 9.

## VII.

**JVRIS GENTIVM** mentionem fecit; Venationem enim jure gentium inventam esse rectè putat **Sebast. Medic.** in tractat. de Venat. quæst. 2. part. 1. num. 1. ex §. feræ 12. Inst. de rerum divis. & acq. ips. dom.

## VIII.

**JVRIS CIVILIS**, idcirco non oblitus fuit quia constat , jus Venandi alicui interdum ex constitutione , vel statuto , nonnunquam ex consuetudine & præscriptione, aliquando vero ex privilegio competere. Arg. l. Injuriarum 13. §. ult. ff. de Injurijs. l. unic. C de venatione ferar. At constitutione & statutum, consuetudo , præscriptio & privilegium iuris civilis censentur. tot. tit. ff. de Constit. princ. l. de quibus 32. ff. de legibus l. 1. ff. de usurp. & usucap. l. Ius singulare ff. de legib. Excellensissimus D. D. Harpp. ad dict. §. feræ 12. num. 2. & seq. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.

## IX. Bre-

## IX.

Brevibus jam ea, quæ deveteri jure observabantur expediemus, plura quædam de hodierna passim observata consuetudine dicturi.

## X.

Ita olim libera fuit hæc Venandi potestas, ut non solum in propriis sed & in alienis fundis Venari licitum fuerit. § feræ 12. Instit. de rerum divis. & acq. ips. dom.

## XI.

Poterat tamen fundi Dominus, si lubebat Venatori ingressio-  
nem fundi prohibere, ita ut si quis, neglecta ejusdem prohibitione,  
fundum nihilo minus Venandi gratia ingressus fuerit, injuriarum  
actione conveniri à fundi Domino potuerit: ut clarius apparel. ex  
d. §. feræ 12. Instit. de rerum divis. & acq. ips. dom. l. 3. §. 1. ff. de adq. re-  
rum dom. l. injuriarum 13. §. ult. ff de Injurijs.

## XII.

Sed interrogandi nobis hic ansa præbetur; Neglecta quidam  
Domini prohibitione fundum alienum Venandi gratia ingreditur, & non-  
nullas etiam feras venatur. Quæritur quid juris? Nonnulli putant fe-  
ras à Venatore captas transire in potestatem Domini fundi, vulgo  
deß Eigenthümbs Herren. Sed nobis contraria, utpote veritati magis  
consentanea, potius arridet, cuius fautores extiterunt, Wesenbec. ad  
dictum §. feræ 12. Instit. de rerum divis. & acq. ips. dom. Arn. de. Reyger.  
in Thesau. jur. vocab Venatio. num 14. Henning. Arnise. in tractat. de ju-  
re Majestatis lib. 2. cap. 4. num. 1. Sebaſt. Medic. tractat de Venat quæſt. 6.  
part. 1. num. 2. Frideric. Pruck. tract. de Reg. §. Venatio. cap. 6. num. 6 &  
seqq Didaç. Covar. in relect. ad reg peccatum de Regul. jur. part. 2. § 8.  
num. 4. ut & D. Harpp. ad Sæpius allegat §. feræ 12. num. 19. & seqq. mul-  
tis Instit. de rerum divis. & adq. Ips. dom.

## XIII.

Ulterius nonnulli progrediuntur, & Venatori plus æquo fa-  
vent, cum illum actione injuriarum teneri non existimant, si post  
ingressum in sylvam alienam prohibitus fuerit, inter quos qui huic  
assertioni patrocinantur conspicuus est. Frid Pruck. in tract. suo de  
Regal. §. Venatio cap. 6. num. 27. Sed nos eandem juris limitationem,  
utpote parum æquitati consentaneam reiicimus:

## XIV.

Potius autem illud quod de prohibitione Domini diximus,  
ampli-

ampliandum est, ita ut Venator etiam armata manu prohiberi possit, ne fundum ingrediatur alienum. *Frid Pruck. dict. §. Venatio cap. 6. num. 28. Harpp. dict. loc. num. 50.*

## XV.

Huc accedit, quod fundi Dominus Venatorem, qui monitus ut exiret, nihilominus in fundo pertinaciter constitit, propria vi & autoritate potest ē fundo suo expellere. *l. vim facit 11. ff. de vi & de vi arm. & l. ut vim 3. ff. de Iustit. & Iur.*

## XVI.

Venatorem porro in actu Venationis deprehensum, privatus quis privato carcere captivum detinere non audebat; privata enim detentio sive incarceratio illicita est. *t. t. C. de privat. carc. inhibit. t. t. C. ne quis in sua caus. Iud. Novell. 134. c. 7.*

## XVII.

Sed si fortasse consuetudine introducatur, ut contra prohibitionem Domini venantes, non sibi feras, sed Domino capiant, tunc ea quæ de quæstione illa in Thesi nostra superiore duodecima diximus, non procedunt, consuetudine enim contrarium facile potest introduci *Pruckman dict. §. venatio cap. 6. num 29.*

## XVIII.

Quanquam tamen is qui neglecta Domini prohibitione in fundo alieno venatus est, feras quas cepit restituere non teneatur, ad damni tamen fundo alieno per ingressum illum illati, emendationem obligatur *t. t. ff. & C. ad l. Aquil.*

## XIX.

Sunt nonnulli qui opinantur, si quis per Iudicē venari in'alieno prohibitus esset tunc eum capturā non sibi sed fundi Domino acquirere per *l. qui fundum 7. §. qui sciens ff. proempt.* cuius quidem opinionis defensorem se præbet *Pruckman. dicto 6. capite num 25.* sed nos eandem cum *Harpprechto reñimus. ad dict. §. feræ 12. num. 57. Instit. de retum divus. & acq. i Ips. dom.*

## XX.

Fundi igitur proprietarius der Eigenthumb Herr potest, Venatorem prohibere, ne fundum suum ingrediatur: sed eundem ne in publico aliquo loco Venationem exerceat, sine actionis injuria rum periculo prohibere non potest. *per alleg. l. 13. §. si quis me ff. de injurijs. l. 2. §. si quis in mati ff. ne quis in loco publ.*

## XXI. No-

## XXI.

Nota tamen, si tu post factam prohibitionem, & alterius patientiam, præscriptione Ius illud acquisieris, ut tibi soli in eo loco Venari, sive aucupari liceat, alium Iure poteris prohibere ne in eodem Venationem instituat.

## XXII.

Fera porro animalia tamdiu capientis esse dicuntur, quamdiu in ejusdem potestate & custodia coercentur. *l. 3. §. quicquid 2. ff. de adq. rerum domin.* D.D. Harpp. loc s̄ep. præallegat. num. 72.

## XXIII.

Ubi autem capta ista animalia Domini evaserint custodiam, seque in naturalem seu pristinam libertatem fugiendo receperint, primi Domini esse desinunt; secundo autem cujvis capienti adscribuntur. *l. 44. ff. de. adq. rer. domin.*

## XXIV.

Cæterum, diu multumque inter veteres Iurisconsultos quæsum fuit, si fera bestia, globulo tormentario icta, ita vel ense vel venabulo vulnerata sit, ut sine gravi difficultate capi posset, tamen au fugiat, & in tertii cujusdam manus incidat, cui acquiratur, vulneranti nè an capienti? rectè tertii fieri Justinianus ipse contra Trebatium. *l. naturalem §. 1. ff. de adq. rerum dom. statuit. §. illud quæsum 13. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.*

## XXV.

Hæc tamen Justiniani decisio non ubique procedit; si enim Venator, qui bestiam vulnerarat non persequatur tunc erit capientis, quamdiu autem illam persequitur è manibus ea persequentis insidiosè jure non eripitur: potissimum autem si de consuetudine quadam locali hoc receptum fuit. Ut bene notat D.D. Harpp. ad dict. §. fere 12. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom. Covarruv. ad dict. cap. peccatum. 4. de reg. juris in 6. part. 2. relect. §. 8. num 13. Imò de his ita scribit Noe Meurer in tractat suo Vom Jag vnd Forstrecht. part. 2. Reg. 2. So es sich wie gar oft geschicht in der freyen Bürst zuträgt/ daß erstlichen Einer ein Hirsch oder Gewild bestättiget / ein wild Schwein in einem Zircf bereit daß ein anderer hernach solchem bestätigtem Thier so lang nicht nachzufolgen habe / biß daß es widerumb in seine rechte natürliche Freyheit kommt/vnd von dē Erste verlassen würdt.

## B

## XXVI. Sed

## XXVI.

Sed si fera quædam laqueo alicujus illaqueata, ab aliquo prætereunte auferatur, dissolventis esse rectè dicitur. *Frid. Pruck. dict. §. Venatio cap. 2. num. 30.*

## XXVII.

Hactenus quid apud Veteres circa Venationem usurpatum fuerit paucis diximus, nunc quid de imniutata nostra hodierna fiat Imperii consuetudine paulò clariùs explicabimus.

## XXVIII.

Hodiè igitur de Iure Canonico Venationis exercitium, ut potest nimis ad militiam accedens, personis Ecclesiasticis prohibitum est, ita ut illud sine gravioris pœnæ periculo exercere non possint. *cap. 1. & tot. t. de clericis Venatore.* Hujus etiam assertionis propugnatores vide Covarruv. in s̄a peccatum 4. de Reg. Iur. in 6. p. 2. relect. §. 8. num. 3. Zoannet. de dupl. venatione num. 27. & seqq. Sebast. Med. tract. de venat. q. 8. & 9. primæ part. D. D. Happ. ad sapientem dict. §. fe-  
tæ 12. num. 87. Inst. de rerum divis & acq. Ips. dom.

## XXIX.

Quod si tamen hujusmodi personæ redditus habent in venatione consistentes, eam per alios expedire debent, non ipsi interesse possunt. *d. Clement. §. porro à venationibus de statu Monachorum Frider. Pruck. tract. de Regal. §. Venatio cap. 4. num. 87. & seqq.*

## XXX.

Possunt etiam aliquando sed rariusculè, necessitatis & valetudinis causa, clerici rete tantum & laqueo, non canibus & accipitribus venari. Ut de his loquitur. *Id. Pruck. loc. præall. num 83. jmō nullo adhibito clamore, nulla ut dictum est canum opera uti possunt, sed licetè aliquando sub silentii præsidio venantur, quando nimurum illi ut dicitur den Hasen selbs erlauffen mögē.* Hujus prohibitionis mentionem etiam facit Noe Meurer *Vom Jagen vnd Forstrecht part. 2. §. Welchen Personen vnd Stand.*

## XXXI.

Secundò etiam longa præscriptione & inveterata Imperii Romanī consuetudine Imperator rusticis, ne in publicis locis laqueos, retia aut alia quælibet instrumenta, nisi ad bestias noxias capiendas, tenderent, prohibuit. *cap. 1. §. si quis rusticus vers. nemo retia de pacete- nend. in usib. feud. Frider. Pruckm. ac dict. §. Venatio cap. 4. num. 7. Se- basti.*

bast. Medic. ad dict. tract. de Venatione q. 10. par. 1. verum igitur est quod Noe Meurer dict. tract. Vom Jag vnd Forstrecht dicit, die Gaistliche gehören in die Kirche/ vnd die Bauern zum Pflug vnd Acker. vide etiam Wesenb. in paratit. ff. de acquir. rerum domin.

## XXXII.

Ulterius etiam progrederit Principis in subditos potestas, ita ut hodierna die Imperator etiam subditis in propriis fundis venari prohibeat.

## XXXIII.

Quero igitur haud importunè, utrum bono jure Imperator Romanus subditis venandi potestatem ademerit? Aientium nos opinionem alacriter amplectimur arg. l. non debet 21. ff. de reg. juris.

## XXXIV.

Utrum porro cæteri Imperii Principes, superiorem recognoscentes, Electores, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Civitates libcræ Imperiales, id ipsum in suis præstare possint territoriis valde ambigitur? Nos & quod reliqui Imperii Principes jure optimo subditis suis venandi potestatem possint adimere, confidenter fatemar, multorum quos hic recensere supervacaneum esset autoritate fulti.

## XXXV.

Neque tantum ratione ordinariæ potestatis, sed jure etiam immemorialis præscriptionis Principes subditis suis venationem possunt prohibere. D. D. Harpp. dict. §. num. 117. & seqq.

## XXXVI.

Hlud autem nullomodo silentio prætereundum est, quod illi quibus hæc venandi potestas legitimè adquisita est, si illius occasione, propter abundantem ferarum multitudinem, vicinis fundis damnum intulerint, ad refusionem illius obligentur, ita ut feras sepibus includere, aut diminuere, aut liberam Venationem vicinis concedere teneantur. arg. l. 2. §. fin. ff. si quad paup. fecis. dic. l. item Mela 11. §. 5. & l. qui occidit 30. §. in hac quoque 3. ff. ad leg. Aquil.

## XXXVII.

Hæc autem doctrina, consuetudine aliter recepta, nihil efficit; Iure enim consuetudinis in nonnullis sed (quod Dei gratia est) in paucis locis receptum est, ut Principes nullam segetum faciant refusionem, et si liberam subditis venationem non concesserint, quæ sanè consuetudo ubi immemorialis temporis curriculo viguit, ob-

*Servanda vel toleranda potius videtur. D. D. Harpp. ad dict. §. feræ 12. num 124. Inst. de rer. divis. & acq. Ips. dom.*

### XXXVIII.

Hinc nonulli quærunt: Utrum Princeps in territorio suo per consuetudinem vel præscriptionem contrariam, subditis possit prohibere, ne feræ bestias ex propriis agris, stantibus & pendentibus adhuc fructibus abigant, & latratores molossoea de causa habeant? Negantium nos partes sustinemus.

### XXXIX.

Sed, ne periculum feris creetur, non licet rusticis agros suos palis nimium acutis circumsepire, ne feræ transcendere intendentes iisdem facilè transfigantur. Excell. D.D.Harpp. loc. s̄ep. allegato num. 129. & seqq.

### X L.

Quamquam etiam aliàs feram bestiam, hominem lædentem, unicuique hiceat impunè occidere, eam tamen in agris nostris deprehensam, frumentis damnum inferentem, capere vel interimere non possumus. arg. l. Quintus. 39. §. quamvis ff. ad leg Aquil. .

### X L I.

Jmò quod majus esse videtur Princeps potest prohibere ne quis in sylva sine urgente causa globum emittat vel bombardam exoneret. arg. l. loci. 4. §. si quis diuturno 10. & §. fin. ff. si. servit. vindic.

### X L II.

Quæro nunc, quali servituti Ius venandi annumerari debet? Zafius Gaillius & alij Venationem putant servitutem esse realem: Hanc juribus personalibus aggregandam arbitratur. Frid. Pruck. dict. §. venatio. cap. 2. num. 5. & 12. Nos illam propriè nulli posse adscribi servituti putamus. Impropriè tamen & secundum rei speciem aliquando servitus realis aliquando personalis dici potest D.D.Harp. ad dict. §. feræ 12. num. 136. & seqq. plur. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.

### X L III.

Venationem nonnulli servitutem Iuris dictionalem dixerunt. Zoannet. d. tract. de dupl. venat. num. 105. & seqq. Sebast. Med. tract. de venat. part. 2. q. 2. num. 5. sed non posse servitutem dici Iuris dictionalem obtainere conabimur. D. Harp. loc. supr. alleg. n. 142.

### X L IV. Num.

## XLIV.

Numquid autem Ius Venandi Regalibus rectè computetur? Quæstionis est satis intricatae. Multi, imò plures hoc Regalibus censem annumerandum. *Sebast. Med. tr. de Venat. par. 1. q. 27. Menoch. cons. 302. n. 31. Wehner in lib. sing. pract. observ. lit. F. in verbo Forstrecht pag. 150 edit. ult. Fridr. Pruckm. creb. alleg. §. venatio c. 1. 5.* Sed contrariam nos cum *Harpp. dict. loc. num. 144.* sententiam amplectendam esse confidenter statuimus.

## XLV.

Quæstio hic nobis occurrit satis elegans: Utrum Princeps qui castri & territorii usumfructum cum suis pertinentiis alicui concessit, Venationem etiam liberam in hujus territorii districtu concessisse videatur? Affirmativa nobis arridet.

## XLVI.

Ulterius quæritur: An Princeps in territorio, quod alteri in feudum concessit, invito vasallo possit venari? Nos à negantium partibus stamus.

## XLVII.

Præterea satis appositè interrogatur. An à quolibet, cuius jus venandi competit, id in alium transferri possit? Quod quin affirmemus nihil nobis obstare video. *D.D. Harpp. ad sapient. dict. §. feræ 12. num. 292. & seqq. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.*

## XLVIII.

Notandam autem singulis incumbit, hoc non procedere in eocasū, quo constat, concessionem Iuris venandi alteri factam non realem sed merè personalem esse. Tunc enim jus venandi, tanquam personale, alteri concedi non potest, cum personam non transgredivatur. *arg. l. dominus 57. §. ult. ff. de usufruct.*

## XLIX.

At quid juris, si cui venatio ad voluptatem tantummodo suam sit concessa? negandam opinor, hanc illam alteri posse concedere. *per l. inter artifices 31. ff. de solut.*

## L.

Quid verò dicendum, si Princeps cujdam venationem istam ad certum ferarum numerum concesserit? Nos hanc in alium transferri posse arbitramur. *t. tit. ff. de hered. vel act. vendit..*

## L I.

Hoc autem in primis etiam omittendum non est , venationes precarias, vulgo Gnaden Jagten de quibus Noe Meurer in tractat. Von Jag vnd Forstrecht part. 2. tit. Von auf Gnaden vnd durch einen Revers zugelassenen Jagens Gebrauch alteri concedi non posse arg. l. cum peccariò 12. §. ult. ff. de. precar.

## L II.

Ancipitem nobis hic variæ Doctorum opiniones quæstionem subjiciunt : Utrum Princeps , si venandi potestatem cujdam in certo districtu fecerit , ejdem etiam jus aucupandi , & piscandi , concessisse videatur? Negativam cum D.D.Hrapp. loco sèpius allegat. num. 225. & seqq. veriorem statuimus.

## L III.

Præcedentem quæstionem altera hæc subsequitur. Si mihi concessum sit das Hohe/ Roht / Schwarze oder Grob Wildprett zu jagen / utrum etiam hac concessione possim feras minores capere? Negativam non immerito in praxi observari reor. l. servitutis 4. ff. deservitut. l. certo generi 13. ff. de servit. præd. rustic.

## L IV.

Quandoquidem etiam hodierna die , juxta receptam Germaniæ consuetudinem, Principes, Duces, Marchiones , vasallis suis rarißime jus venandi feras nobiliores concedunt , probabilius est , si quis Dux aliquem investierit de castro cum territorio in quo plures sylvæ atque feræ contineantur & subjecerit mit Jag Gerechtigkeit/ huic vasallo non majores feras insectandi , sed inferiores solummodo venandi potestatem concessam fuisse , nimirum Jag Gerechtigkeit/ an Hasen/ Füchsen/ Aychhörner vnd kleinem Weid weret Vogel- fangen / Hühner verstoßen / vnd dergleichen. nisi speciali & expressa concessionē dictum fuerit: Mit Jag Gerechtigkeit / so wel des Hohe/ Schwarze/ vnd grobe Wildprett als das kleine zu jagen. DD.Harp. ad. dict. S. feræ 12. num. 245. & seqq. Inst. de rerum divisi. & acq Ips. dom.

## L V.

Es möchte etwa Unser Gnädiger Fürst vnd Herr einem vnder seine Adelichen Hoff- Junckern/ aus Gnaden verlauben vnd zulassen/ daß der selbe an einem gewissen Orth/ nach Füchs vnd Hasen / ut vulgo loquuntur jurichten / zubiezen vnd zulauen hätte / queritur itaque utrum etiam

etiam ejdem concessum intelligatur nach Fuchs oder Hasen mit der  
Wüchsen zuschiesen? Negativat nos decisioni calculum adiicimus.

## L VI.

Sed hæc quæ de venatione per conventionis modum alteri  
concessa diximus, in illis etiam venationibus locum habent, quæ  
per præscriptionem in alienis fundis acquisita fuerunt: ita ut ista ve-  
natio ultra modum & limites præscriptos extendi non debeat. arg.  
l. i. §. Julianus ff. de itin. actuq; prin. D.D.Harp.lo.crebro alleg. num. 252.

## L VII.

Itaque non frustra quis interrogabit: si fortasse quispiam lon-  
gissimo tempore in alieno fundo cervos tantum fuerit persecutus,  
utrum js etiam in eodem apres venari sub præscriptionis favore  
possit? Quod cum D.D. Harp. loc. sapissime alleg. num. 255. affirmamus.

## L VIII.

Discimen porrò constituendum est inter jus venandi, sive ve-  
nationem, & inter jus Forestæ sive Forestam. Venatio enim vulgo  
die Wildbann das Gejägt/ Wildbanns oder Jagz Gerechtigkeit/ est  
jus feras investigandi, persequendi & capiendi. Jus autem Forestæ  
vulgò Forst oder Forstrecht / Item Förstliche Gerechtigkeit non fera-  
rum tantum occupationem sed alia etiam jura in se comprehendit.  
D.D. Harp. loc. præall. num 262.

## LIX,

Welcher also die Förstliche Gerechtigkeit hatt / der ist auch be-  
fügert/ Förstliche Gebott vnd Verbott an zulegen / Förstmeister vnd  
Förster ec t zu bestellen / die Übertretter der Förstlichen Gebott zu der  
geührlichen Straff zu zuziehen/ alle Förstliche Nutzen zu sich zu ziehen/  
Fröhnen zu fordern vnd dergleichenmehr. D.D. Harpp. dict. §. feræ 12.  
num. 263. Inst. de rerum divis. & acqIps dom.

## L X.

Hinc aliud est officiū eines Jägermeisters/vnd eines Förstmeisters.  
Die Förstmeister die sollen fürnämlich Auffsehens haben/ wo die Ge-  
rechtigkeit aller Fürstlichen Wälde/Wildstreich/Jägeren/vnd Fisch-  
eren aufz vnd angehen / desgleichen auff alle reitende / gehende  
Förster vnd Jäger / Hasen / Fuchs / Otter vnd Biber Hänger neben  
den Jägermeistern Auffsehens haben / damit sie die Wälde / Wildba-  
nen vnd Fischereien recht bereiten/ niemands dann dem es gebührt/  
Holz zugeben oder hawen lassen / auch niemands zu jagen oder zu fischen  
vergōne

vergönnen/ auff die Wälde täglich reitten/ so Brennholz vorhanden des selbige anzeigen/ ab dem Barwholz/ damit dasselbige nicht verwüst werde halten/ vnd sonderlich darob seyn/ daß das Bich in die Häge nicht getrieben werde. Hæc ad officium des Forstmeisters pertinent. vide hæc apud Noe Meurer Vom Jagt vnd Forstrechte. part. 1. tit. Eines Forstmeisters Bevelch vnd Bestallung vide etiam Wehn. lib. sing. pract. observat. litera F. verbo Forstrechte.

## L XI.

Quod officium attinet Præfecti Venatorum vulgo eines Jägermeisters/ so soll der Jägermeister in allen Ampten auff der Closter/ Unerthonen vnd Gemeienden aigne Wald/ Wildban/ Jägereyen/ Wäch/ Fischereyen ein auffsehens haben/ für sich selber niemand kein Holz gebē/ es werde ihm dann befohlen/ so Brennholz erwachsen vnd hawig/ dasselb durch die Forstmeister oder andere nach dem es her kommen/ zu rechter Zeit zu Nutz hawen vnd verkauffen lassen/ ob dem Barwholz/ damit dasselbe nicht verwüstet halten/ darüber verhüten daß das Bich nicht werde in die Häw getriebene auch darzu sehen vnd trachten/ damit durch den Forstmeister vnd Forstnecht auff den Gränzen vnd Benachbaraten auff vnd angangen/ in Wälden/ Försten/ Wildbanen/ Jägereyen/ Wächen/ Fischerzen/ Ebnen/ Berg vnd Thalen die Fürstliche Forst Gerechtigkeit gebührliches Fleiß vnd strack s gegen männiglich gehandhabet werde: auch die Jagten so strittig zu machen vnderstehen wollen werden/ bey zeiten beiagen/ vnd ob schon nicht Wildprett vorhanden/ dannoch zu Handhabung der Fürstlichen Gerechtigkeit ein Streich dar durch thun. Er soll auch auff die Awen/ Wehr-Vögel vnd Salmen Grund fleisig achtung geben/ alles aber so zu dem Jagen erforderet/ be fürderlich stellen vnd anordnen. Noe Meurer Vom Jagt vnd Forstrechte p. 1. tit. Beselch eines Jägermeisters.

## L XII.

Quærunt nonnulli utrum ille cui jus forestæ concessum est, merum Imperium circa res venatorias exercere & venatores contra prohibitionem venantes vulgo Wilderer oder Wildpretschuzen criminaliter punire possit? Negantum nos partes sequimur. D.D. Harpp. addict. §. feræ 12. num. 268. & seqq. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.

## L XIII.

Ulterius non inconcinnè quæritur: an ille qui in sylva aliqua venan-

venandi habet facultatem , jus etiam habeat sylvam cingendi vulgo  
die Hagens Gerechtigkeit / des Hagens daß er ein Hag in das Holz  
schlagen möge? Quod affirmandum puto.

## LXIV.

Tamen ita Venationem habens, ius sylvam cingendi habere in-  
telligitur , ut si eam velit plagis ligneis sepire , suis id lignis, sine al-  
terius præjudicio faciat. per l. certo generi 13. §. 1. ff. de servitut. præd.  
rusticor. De his etiam ulterius vide: Wehner dict. lib. sing. pract. obser-  
vat. sub litera F. vocabulo Forstrecht.

## LXV.

Difficilis etiam passim agitatur quæstio , utrum fructus sylvæ  
ad Dominum sylvæ an ad illum cuj jus venandi in eadem sylva com-  
petit, pertineant? Distinctione res expedietur.

## LXVI.

Si enim pacto quid inter Dominum sylvæ & Venatorem no-  
minatim conventum fuerit, huic standum erit; quia contractus ex  
conventione vim legis accipiunt. l. i. l. Iuris gentium 7. §. ait prætor. ff.  
de pactis.

## LXVII.

Sin verò nihil in specie sit conventum , nihil etiam longissimo  
usu observatum , tunc in dubio glandes cæterosque sylvestres fru-  
ctus in usum ferarum solummodo conditos, ad Venatorem, cæteros  
autem qui hominibus cum bestiis sunt communes ad proprietarium  
dem Eigenthums Herren rectè pertinere dicunt. D.D. Harp. loc. sa-  
piissime allegat. num. 276. & seqq. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.  
Fridr. Pruckm. dict. §. venatio. c. 8. pertot.

## LXVIII.

Quæstionis est satis arduæ; utrum sylvæ Dominus , qui alteri  
jus venandi debet, possit cumulatim grandes & annosas arbores ex  
sylva sua una vice excidere? Negandum remur.

## LXIX.

Celebris autem hicquæstio discutienda venit: Utrum subdi-  
tos Princeps bono jure co-gere possit ad operas Venatorias præstan-  
das. Als die Häger zumachen / für zu stehen / Garn / Seiler / Hund/  
Holz darzu führen? Affirmativam veriorem autumo.

## LXX.

Quod tamen non procedit, si subditū contraria consuetudine

C

vel

vel præscriptione aliud quid induxerint, aut si immoderatas & frequentes nimium operas Princeps subditis suis indixerit. D.D. Harp. dict. §. feræ. 12. num. 284. & seqq. Inst. de rerum divis. & acq. Ips. dom.

## LXXI.

Si quis porrò in constituto jure venandi ab alio perturbatur, contra turbantem interdicto uti possidetis, vel confessoria actione experiundi potestatem habet. l. i. §. fin. ff. de aq. pluu. arcen. l. sicut 8. §. Aristo. in fin. l. si quis diurno 15. §. ult. ff. si servit. vindic.

## LXXII.

Si edicto prohibitorio nulla certa pœna constituta est, in Venatores vulgo Wilderer oder Wildprett schüzen actio injuriarum competit. l. injuriarum 13. §. ult. ff. de injurijs quæ quidem criminaliter extendi potest. §. pœna autem & §. in summa. Inst. de injurijs. pœna tamen ad mortem extendi nequit. l. hodie 13. ff. de pœnis.

## LXXIII.

Ubi autem certa pœna in edicto prohibitorio definita est, ibi Venatoribus statuta pœna irroganda est, dummodo ea pro venatione prima non sit capitum. D.D. Harpp. d. loc. n. 313.

## LXXIV.

Venationem autem qui iterant, eos corporali pœna affici posse; qui tertia autem vice veniunt, ultimum sustinere supplicium debere, non dubitandum.

## LXXV.

Non inutiliter porrò queritur; utrum necesse sit, eum qui semel contra Principis mandatum venatus est, punitum fuisse, ut si iterum venetur, gravius iterum puniri possit? quod affirmamus Wittenbergica potissimum constitutione Venatoria fulti. In qua haec leguntur: Welcher furohin eines/ zwey/ drey/ oder vier Stuck Wildprett mit Büchsen/ Armbrost/ oder anderem Gezeug schießen vnd fällen/ vnd darüber zum ersten mahl betreten oder sonsten kundlich gemacht/ vnd mit Recht auff Ihne bewisen würde/ der soll ein Monat lang mit Wasser vnd Brot/ auff seinen Kosten im Thurn/ folgends ihm alle Wehr/ offne Zechen/ besuchung der Hochzeitten/ vnd aller Ehrlicher Gesellschaft verbotten/ auch in Zehenden gebannen/ darauf ohne Begnadigung nimmermehr zu kommen/ gestraft werden/ vnd das zu halten vnd zu leisten einen leiblichen und schweren.

2. Solte dann einer so Wildprett geschossen/ auch darüber gestraft worden:

worden/ ingleichem Verbrechen widerumb vnd also zum andernmahl ergrissen werden / der ist in das Halsseisen zuerkennen / vnd mit Ruten aufzustreichen / ihme auch von wegen begangnem Meinaidts die Finger zuspizen / desgleichen Er nachmahls in seines Flecken Marckung zu bannen.

3. Würde aber ein Wilderer / der hievor Wildprett schiessens/ oder eines anderen Forstverbrechens wegen / an seinem Leib mit Ruten aufzustreichen / Finger spizen / oder Hand abhauen / mit Brtheil vnd Recht gestrafft worden/ auch ein geschworne Brphed vber sich gegeben hatte/ in solch böse verruchte Bosheit gerahten/daf̄ er dessen unbedacht/ dem Wildprett noch weiters vermesslich nachgehen/schiessen vnd fallen würde/derselbig als bey dem sich einiger Besserung im wenigsten zu verstößen / mag mit Richtlicher Erfantnuß zum Schwerdt erkennet werden.

### LXXVI.

*Illa hic nobis non prætereunda est satis intricata quæstio:  
Utrum subditi contra prohibentis Principis edictum venantes,  
furtum committant, adeoque ut fures plecti debeant? Negantium  
nos partes amplectimur. cum D. D. Harpp. s̄epius dict. loc. num. 324  
& seqq.*

### LXXVII.

*Huic etiam, satis anceps & nodosa quæstio succedit; num  
subditus feram, quam in eo loco ubi omnibus liberum jus venandi  
competit, vulgo in der Freyen-Bürsch( dergleichen vmb diese Statt  
Tübingen zu finden) investigare & venari ceperat, in aliis etiam  
sylvis vel forestis persequi, & ibi occupare possit? Quod negamus.  
cum D.D.Harpp. num. 329.*

### LXXVIII.

*Amittitur autem jus venandi, tum expressa renunciatione.  
l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. jur. tam cessione & consolidatione  
l. 5. in princ. ff. ususfr. peti.*

### LXXIX.

*Movetur hic quæstio de deportato, num quid js jus venatio-  
nis per deportationem amittat & retinere eum etiam post depor-  
tationem affirmamus. D.D. Harpp. ad dict. §. feræ 12. num. 340. Inst.  
de rerum divis. & acq. Ips. dom.*

## LXXX.

Bannitus venationem , quo<sup>c</sup>unque modo acquisitam amittit.  
**D. D. Harpp.** *ibidem num. 344.* Satis de Venatione hactenus dictum.  
 DEVS etiam hostium tollat Venationem, hominum Oppressivam.  
 Nos autem in Venationis exitu ardentes clamamus : VIVAT JL-  
 LVSTRISSIMVS Academiæ Hujus MOEGENAS DVX  
 NOSTER EBERHARDVS SERENISSIMVS. VIVAT.  
 sed felix VIVAT, sed nobis VIVAT, sed diu VIVAT. AMEN  
 O DOMINE JESV. AMEN.



## Probatæ & strenuæ indolis Juveni Dn. FRIDERICO CHESNEL disputanti.

## L

**Q**uod JVS VENANDI venator strenue Iuris  
 Vrges, VENATVM dixero JVRIS ego.  
 Est ita; venandum est. Nam Jvs vestigia clausit  
 Ut Leo, vel tesquis abdita tota latet.  
 Ergo age! (quærentem nam quærit.) splendida dèerit,  
 Nunquam inter Iuris prædia, præda tibi.

Ita fraternum animum  
 venari voluit.

Joh- Conradus Brotbeckh.  
 Med. Stud. Tubing.

LE

## *Le Plaisir des Lettres.*

### I I.

**T**Andis que des tambours Le Son-Sonnant horrible  
 Resonne parmi nous, que le Canon terrible  
 Superbement tonnant, par tout épand l'horreur  
 De Ses Brandons fumeux; qu'en nos tremblantes ames  
 Retentit à tout coup la refrogné terreur;  
 Que ci que la fuyons les rauageantes armes,  
 Gemissans sous la peur  
 D'une obscure fureur.

Tu ne veux, ô CHESNEL, parmy tous ces combas  
 Viure tou-iour chagrin; mille sorte d'êbas  
 L'on te vois inventer: Ore des Loix la Flotte  
 Tu reuere gentil, puis tôt l'odeur Sacré  
 Des Muses te rauit, & la fameuse Porte  
 De Diane tu romps, pour son Palaix doré  
 Nous montrer & tes mos  
 Sont d'un DRVIDE les flos.

Ton distillant Parler, & ta langue diserte  
 La CHASSE nous d'épeint; La fluttante sifflette  
 Tintinne en ton Papier; le dridillant cornet  
 Fanfare en tes propos: Ja la chasse chasse-effrois,  
 [Par ta plume trassé sur un Plan verdelet]  
 Nous enfe de plaisir, si que par mons & par bois  
 Joyeusement chassons  
 De nos ennuis les Noms.

Poursuy, Mignon, poursuis, vn Mystere êt caché,  
 Sous ces diuins écris, c'êt le Sauoir ionché  
 Sur le laurier, qui duit ta fredonnante plume  
 A Chasser, Chasse donc; Pallas aux cheueux blonds  
 Habite en nos Rochers, & des Muses là flame  
 Nos forêts embellit; Viença VENEUR faond;

C 3

Le

Le Chesne & ses rameaux, de feuille Verdoyante  
 Vn présent te feront; & la Lueur brillante  
 Du DIEU de L'univers  
 Te Souhaittent mes vers.

Par

Son Amy

IVienor.

## III.

**S**ic Iuris CHESNEL Venari perge lepores;  
 Nec cura lepores; Rustica turba dabit.

Amoris ergo ap.

M. Tobias Cantstetter.

## IV.

**C**ecropiae volucres cur florida rura pererrent,  
 Si queras causam? lectio mellis erit.  
**CHESNELLUS** Juris cur verset tempora semper?  
 In promptu causa est, fructus, honos oneris.

F.

Georg. Conrad Bardili.

Phil. Stud.

## V.

**P**egaseo quatunt alii viridaria Cursu  
 Quēis Hippona dedit cel res frenare Caballos,  
 Venanturq; feras, quas sylva ministrat opaca,  
 Tu tamen Aionidum veras venaris in hortis  
 Gloriola laudes, vario dum niteris ausu  
 Delius ut custos, ut Delia virgo, quietam  
 Pacificè jungant, vasto sine turbine, vitam.

sic can.

Johan-Ludovicus Hetzerus.  
 Philos. Stud

VOTUM

## V O T U M

*Ad*

Sacrosanctam Triadem

*Pro*Illustrissimæ Wirtembergicæ Domus  
aris fociſq;.

Æn.8.	<b>S</b> CUTA VIRUM & GALEAS, VIVACIS CORNUA CERVI,	Ecl.7.
Æn.7.	Hic pater omnipotens, per tot discrimina rerum,	Æn.12.
Æn.4.	Erige; Iam requiem pugnae rebusq; salutem	Æn.12.
Æn.2.	Huc tandem concede; Animum mentemq; benignam	Æn.1.
Æn.6.	De super ostenta; Duri solatia casus	Æn.6.
Æn.10.	Redde, oro, misericordia, finemq; impone labori.	Æn.2.
Ecl. 1.	Et fontes sacros & sancta oracula Divum,	Æn.8.
Æn.5..	Hac-celebrata-tenus, longè lateq; per urbes,	Æn.6.
Æn.8..	Omnibus in templis custodi & consule longè	Æn.9.
Æn.10.	Sic PATER ille Deum faciat, Rex Magnus Olympi.	Æn.5.
Æn.2.	Sic oī sic ardens eveyit ad aethera virtus	Æn.6.
Æn.8..	SCUTA VIRUM & GALEAS, VIVACIS CORNUA CERVI.	Ecl.7.

Solutum:

a.

FRIDERICO CHESNEL,  
Inclutæ Wirtembergicæ Clemenc-  
tiæ Alumno..

F L N I S

zum Gesetz

der Freiheit

und des Rechts

der Menschen

in der

Europäischen

Republik

und der

Freiheit

der Menschen

Akar Mu06 P3

SLUB DRESDEN



3 3711105

R 80 - 33

